

CHRISTOPHERVS MILHAVSSER MEDICVS SALIS-
lisburgenſis.



Christopherus Keyfferspergij in Alsatia natus
est anno 1525. Ibi cum prima literarum funda-
menta iecisset, sese in vicinam Academiam Fribur-
gum contulit, atq; solerti studio effecit, ut breui ar-
tium Magister crearetur. Postea in Italiā profe-
ctus, Medicinæ operam dedit, atq; Senis Doctora
lia insignia impetrauit. Inde Friburgum rediit, atq;
per annos sex magna laude Medicinam docuit. E-
rat enim præclara eruditione conspicuus, atq; tam
profitendo quam ægrotis cōsulēndo felicissimus.
Id cum Archiepiscopus Salisburgensis intellexis-
set, hunc liberali stipendio ad se uocauit, & obtem-
perantem plurimūm dilexit, anno 1554. In eo loco is
etiamnum residet, atq; rara humanitate & prudentia Archiater existens, in-
ter doctos uiros conspicuus existit. Cum etiam 1565 Salisburgi essem, ob com-
munem Medicinæ professionem humanissimè tractauit, atq; omnis ge-
neris officia exhibuit, & meum studiū de Germania illustranda
cæteris communicauit. Anon.